DE IVRE

FEVDORVM

GVLIEL. HANNETONII LIBRI QVATVOR:

EXEMPLARIVM DIVERSOrum collatione emendati: & conuenienti capitum diſtinctione, appoſitioneque τῶν κεφαλαίων, *exornati: induſtria & labore Ioann. Hanichorſt. Monaſt.*

Nunquam ante hac in lucem êditi.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Birckmannum, & Wernerum Richwinum.
Anno 1565.

Cum Gratia & Priuilegio Caeſ. Maieſt. ad decennium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

Coll. Soc. Iesu

REVERENDIS, ET CONSPICVAE NOBILITATIS VIRIS D. BERNARDO Morrien, Præpoſito: D. Ioanni Schenckinck, Decano: D. Godefrido à Raëſfeldt, Scholaſteri: D. Bittero à Raëſfeldt, Theſaurario: D. Rabano ab Hoërdt, Vicedomino: cæteriſq; Cathedralis eccleſię Monaſterienſis Canonicis &c. Dominis ac patronis ſuis:

IOAN. HAVICHORSTIVS Monaſt. S. D.

QVOD de veteribus poëtis initio ſecundi Epiſtolarum Horatius, non ea ratione & modo laudandos, cenſuit: vt nihil anteferatur, nihil ijs comparetur: idem ego de antiquis conſultis iuris, præſertim feudorum, rectè ſtatui poſſe exiſtimo, Reuerendi & conſpicuæ nobilitatis viri. Hos etenim ſi quis ita miratur, vt reliquos omnes præ illis contemnendos in animum inducat: is mea quidem ſententia fal-

DE IVRE FEV-DORVM GVLIELMI HANNETONII LIBER PRIMVS.

E manuſcriptis exemplaribus iam recens in lucem prolatus: opera & ſtudio Ioannis Hauichorſtij Monaſterienſis.

QVIS PRIMO IVS *feudorum confecerit: & quam habeat authoritatem.*

Caput I.

COnſuetudines feudorum, quas Corpori iuris inſertas habemus, Obertus de Orto & Gerardus Capagiſti, clariſsimi ſua tempeſtatate Iureconſulti, & in Mediolanenſi Curia diu verſati: partim ex Mediolanenſium vſu, partim ex Lõbardiæ cõſuetudinibus